

Incipit liber octauus.**Ca. primū**

De trinitate creata. et qualiter cecidit suggestione diabolica. delectatione et sensu. In quibusdam dicitis

Bata illa et sempiterna trinitas. pater et filius et spiritus sanctus. unde deus scilicet summa potentia. summa sapientia. summa benignitas. creauit quandam trinitatem ad imaginem et similitudinem suam. quam videlicet rationalem. quam in eo profert vestigium quod dicitur illi summe trinitatis. quod est ex memoria ratione et voluntate consistit. Sed hec trinitas creata cecidit per suggestionem. delectationem. sensum. ab illa summa et pulchra trinitate. scilicet potentia. sapientia. puritate. in quandam contrariam trinitatem. et fecit scilicet infirmitatem. cecitatem. immundiciam. Memoria ei facta est impotens et infirma. ratio impudens et tenebrosa. voluntas impura. Porro memoria quam simplicis diuinitatis est. potentiam sanctas cogitabat. cecidit in tres species cogitationum. affectuosas. onerosas. ociosas. Affectuosas voco illas in quibus ipsa afficit. ut in curis rebus necessariarum edendi bibendi. ceterarumque filium. Onerosas in exterioribus administrandis et occupandis duris. Ociosas: quibus non afficit nec oneratur. et tamen ab eternorum contemplatione per illas distendit. ut si cogitet. ubi gratia. equum currentem aut auem volantem. Ratio quod triplex est calus. Et si quod discernere erat inter bonum

Octauus

et malum. verum et falsum. omnimodum et incommodum. In quibus discernendis tanta caligine excecatur. ut sepe in contrarium ducat iudicium. recipiens malum pro bono. falsum pro vero. nocivum pro omnimodo et e contrario. Nunquam vero in his falleret: si nunquam lucem quo creata est. periret. Voluntatis ruina sicut triplicitas est. Que enim summe benignitati et puritati inherere et ea sola diligere debuit. etiam in hec infima lapsa per cupiditatem carnis et oculorum. et ambitionem seculi eterna dilexit. Quid habet infelicius casu potest estimari. ubi perire memoria. ratione. voluntate. tota anime substantia.

Ca. ii. De triplici Ceterimite

Dico. In quibusdam sen. **Primum** dicitur inspiratum: verbum eructatum. verbum incarnatum. **Primum** fecit cognitionem. secundum uersionem. tertium viuificationem. **Primum** obfuit: quia cum cognouisset deum. non habet deum glorificauerunt. aut gratias egerunt: sed euauerunt in cogitationibus suis. et obscurati sunt in insipientibus cor eorum. **Secundum** non profuit. quia non data est lex. quam possent viuificare. **Tertium** inuit. quia per carnem redemit. **Primum** totum deforis: secundum foris et inter. tertium totum inter. **Et** non quod quod eructat de plenitudine eructatis. cum quodaz ipsi sube sapore profert. **Et** idcirco sapientia incarnata dicitur: habens in se omnem plenitudinem. in miraculo cognitionem. in doctrina uersionem. in passionem viuificationem.

Ca. iii. De tribus considerandis in misterio incarnationis dominice. In quibusdam dicitis:

ii 2